





8901

97

1767 10#

Q. D. B. V

T H E S E S
I V R I S C R I M I N A L I S

Q V A S

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO GOTTLIEB
H O M M E L I O

TIT. DE VERBOR. SIGNIF. ET REGVL. IVR
PROF. PVBL. ET FACVLT. IVRID
ASSESSORE

D. XIX. MAII A. R. S. c1o 1o cc LXVII

IN AVDITORIO MAIORI

P V B L I C E D E F E N D E T

AVGVST GOTTHELF EVSEBIVS IVNGHANNSS
BELZIG. SAX

V I T E M B E R G A E

LITERIS IO. CHRISTOPH. TZSCHIDRICHII



Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including the name "GOTTFRIED" and other illegible words.



tis
ta
Q
G
lic
ha
ne
§.
§.
EM
In





Thef. I



Maximilianus I. constitutionem crimina-
lem in comitiis Wormatiensibus An.
1495. et denuo in comitiis Colonien-
sibus An. 1505. conficere quidem in-
tendit, sed eam demum Carolus V.
perfectit, et An. 1532. in comitiis Ra-

tisbonensibus, communi statuum Imperii suffragio, saluis
tamen cuiuscunque territorii moribus receptis, publicavit.

Quam nemefin Carolinam ex Bambergensi ab Episcopo
Georgio An. 1508. lata, et Moguntiae eodem anno in fo-
lio picturis ligno incisis prodita, depromptam, et hinc ab
hac filiam quasi esse, argumenta probant omni fere exceptio-
ne maiora. Consentit STRUVIUS in *Histor. Iur.* cap. IX.

§. 28. ILL. HOMMELIUS in *Literatura Iuris* Lib. I. cap. VI.

§. 37. BOEHMER in *Elem. Iprud. Crim.* Sect. I. cap. I. §. 16. seq.

ENGAV *El. Iur. Crim.* Lib. I. Tit. I. §. 9. MEISTER *Princip.*

Iur. Crim. Praec. §. 20.





Nemefin Carolinam, intuitu confectionis, Bambergensi antiquiorem statuit KRESSIVS ad CCC. in Praef. §. 14. seqq. HEINECCIUS *Histor. Iur.* Lib. II, cap. IV. §. 105. not. LEYSER ad Π. Sp. 553. med. 6. seq. Nec minus THOMASIVS in *Disp. de occas. concept. et intent. Const. Crim. Car.* §. 35. primam editionem Ordinationis Bambergensis anno 1510. demum prodiisse, existimat. Sed contrarium accuratius edocuit STRVV. *Histor. Iur.* l. c. §. 27. in nota pag 811. et HEINECCIUS *Histor. Iur. Germ.* l. c. sub lit. a.)

Thef. II

Postquam doctrinam de criminibus, eorumque modum procedendi in compendium optima ratione redegerunt ILL. GAERTNER, BOEHMER, ENGAV, MEISTER, ZACH. RICHTER aliique, in ipsam Nemefin Carolinam hodie adhuc praelectiones Academicas instituere non suadeo, partim ob insignes huius legis publicae defectus, partim, quia in Academiis aut desertores horum studiorum efficeremus, aut cum magno labore, saepe etiam cum diffidentia, ferius ad id perduceremus, ad quod, leuiore via ducti, sine magno labore, et sine vlla diffidentia, maturius perduci potuissent. Interim caue, ne spernas commentationes CLASENII, LVDOVICI, BEYERI, MYLII, ALBERTI, et praesertim KRESSII ad Constitutionem Criminalem Carolinam, quippe quae exercitatoribus admodum sunt proficuae ac fructuosae. Conf. EISENHART *Instit. Histor. Iur. Littet.* cap. XIV. §. 2. seqq.

Thef. III.



Thes. III

Quem ad modum Ius Germanicum a doctrina Iuris Romani in materia furtorum quam plurimum recessit, ita hodie sola rei contrectatio fraudulosa et clandestina lucri faciendi gratia j. §. 1. et 2. I. de Oblig. quae ex delicto nascuntur et L. I. §. 1. et 3. n. de Furt. furtum simplex formale consummatum non constituet, sed praeter ea, praesertim, ut alterius res ex aliena custodia sit ablata, et in custodiam furis translata, requiritur. Quod non obscure annuit CCC. art. 167. verb. heimlicher Weise nimmt und hinwegträget, oder süßret, et CCC. art. 157. verb. ehe er damit in seine Gewahrsam fommt. CARPZ. *Pract. Crim.* P. II. qu. 85. n. 2. KRESS ad CCC. Art. 159. §. 3. Quare trituratores frumentum, eorum fidei et custodiae commissum, vesperi clam auferentes, et secum portantes, secundum CARPZ. in *Ipr. For.* P. IV. Const. 33. Def. 10. et WERNH. P. V. Obs. 103. a LEXSER. Sp. 537. med. 16. ac ii, qui res ablatas, in iisdem aedibus, loco secreto et obscuro, deponunt et abscondunt animo, eas commodiori tempore domum reportandi, licet magnum sit, capite non erunt plectendi. ILL. HOMMEL in *Rhapsod.* Obs. 29. et 32. MENCK. in n. tit. de Furtis §. 12.

Thes. IIII

Quamvis iure Saxonico, Decif. Reg. 39. et 40. de ao. 1746. inter adulterium et furtum, intuitu remissionis conditionatae, maxima adsit differentia, aequum tamen et legibus his





Regiis non contrarium existimo, si laesus conditionem remissioni adiecit, in qua adimplenda nullum plane interesse habet, et quam iudex secundum leges adimpleri nequit v. g. ut furi, loco fustigationis et relegationis, cruciatus per tormenta imponantur ad modum horrendi, eam tunc habere pro non adiecta, sed pro pura, ut ita in eo cum adulterio conueniat. Iung. MYL. ad BEYERVM Art. 157. posit. 55. EXCEL. BREVNING ad GAERTNERI *Inst. Iur. Crim.* pag. 292.

Sine omni vero adducta ratione dissentit ENGAV in *El. Iur. Crim.* Lib. I. §. 121. ***

Thef. V

Communem opinionem, auctoritate CARPZOVII in *Pract. Crim.* Qu. 84. n. 75. seq. et BERGERI in *Elect. Iurispr. Crim.* p. 61. et in *Oec. Iur.* Lib. II. Tit. II. th. 8. n. 6. suffultam, non probo, si eum, qui in nobilium syluis leporem venatus, cum tamen omni venationis iure in territorio destitutus est, centum florenis multare volunt. Is enim non grauius est puniendus, quam ille, qui in syluis electoralibus furatus, nempe XX. Florenis j. Mandat. de ao. 1584. in Cod. Aug. Tom. II. p. 528. Ordinationem enim Prouincialem de ao. 1555. tit. v. Jagen, ad quam dissentientes prouocant, inuasiones nobilium duorum, se inuicem in venatione turbantium, ex quibus tumultus caedesque oriebantur, tantum
tam

tam acerbe vindicare, non modo series vocum, sed et verba: daß die von der Ritterschafft — ungeacht einiges Fürwends, daß es anders hergebracht und in Brauch gehalten, quam accuratissime edocent. Miror hinc vulgo suppeditatam rationem differentiae, ac si Vasallo maius damnum inferatur; quam Principi, qui certe, iniurias sibi illatas, non mitius vindicabit, ac ille. ILLVSTREM HOMMELIVM in *Rhapsod.* Obf. 163. ex parte habemus consentientem, ex parte dissentientem, putans enim indistincte XX. THALERORVM poenam dictandam esse. Leges vero Sax. adductae vbique tantum FLORENORVM mentionem faciunt, et nescio, an pro errore typographico habeam, licet idem saepius loco citato fuerit ab eo repetitum.

Thef. VI

Si CARPZOVIVS *Pract. Crim.* Qu. 89. n. 18. iure Saxo- nico, Sacrilegum, qui res sacras ex aede sacra surripit, indistincte rota contundi sancit, non satis accurate versatur. Nam Ius Prouinc. Sax. Lib. II. art. 13. non de simplici, sed de violento sacrilegio differere, indicat vocabulum *Be- ranben*, maximamque inter *Kirchen-Diebstahl* et *Kirchen- Raub* intercedere differentiam, recte adstruunt MYLIVS ad BEYER ad Art. 171. pos. 22. et KRESS ad CCC. art. 174. §. 3. BERGER *El. Iurispr. Crim.* p. 63. Hodie sa- crilegium simplex, vt merum furtum mutatis per D. LV- THERVM



THERVM sacris, puniendum esse, contendunt adiectis rationibus KRESSIVS ad CCC. l. c. §. 2. n. 3. BRVNEMAN *Proc. Inq.* cap. IX. n. 87. ILL. HOMMELIVS *Rhaps.* Obs. 54. Interim, sicut in Sacrilegio delinquenti restitutio non prodest, LEYSER ad n. Sp. 535. med. 16. et EXC. FISCHERI Obs. Iur. Crim. VII. ita, et in aliis mitigationum causis, verba finalia CCC. art. 174. Doch soll in solchen Kirchen-Räuben und Diebstählen weniger Barmherzigkeit bewiesen werden, denn im weltl. Diebstählen, ob varias rationes iudici curae cordique erunt. Nec obstat Spec. Suev. cap. 14. ed. Bergerianae: wer in Kirchen, oder in Kirchhöfen icht stilt, das dreyer Pfennig wert ist, den soll man radebrechen, oder man soll ihm Haut und Haare abschlagen bey dem Höchsten, und ist doch darzu in den Pann; Nam aliae Editiones, vt Meischneriana, et Schannatiana, crurifragii mentionem non faciunt. HEINECC. EL. IVR. GERM. L. II. §. 52. *

Thef. VII

Rapina non sine vi, ILL. HOMMELIVS in *Rhaps.* Obs. 138. bene vero in aedibus priuatis committi potest. CARPZ. *Pr. Crim.* qv. 90. n. 73. seqq. et BOEHM. *El. Jurispr. Crim.* Sect. II. §. 148. LEYS. ad n. Sp. 539. corol. 2.

Contra sentit ILL. HOMMELIVS *Rhaps.* 101. verbis: *Differret autem furtum qualificatum a rapina, quod illud in aedibus, haec in via fiat.*

* * *

ULB Halle

3

005 361 745





8901

Q. D. B. V

THESES
IVRIS CRIMINALIS

QVAS
PRAESIDE
D. CHRISTIANO GOTTLIEB
HOMMELIO

TIT. DE VERBOR. SIGNIF. ET REGVL. IVR
PROF. PVBL. ET FACVLT. IVRID
ASSESSORE

D. XIX. MAII A. R. S. c15 15 cc LXVII

IN AVDITORIO MAIORI

PVBLICE DEFENDET

AVGVST GOTTHELF EVSEBIVS IVNGHANNSS
BELZIG. SAX

VITEMBERGAE

LITERIS IO. CHRISTOPH. WZSCHIDRICHII

